



INDEX.

- I. Excerpta controversiarum illustrissim de Pedro Vellejano.
- II. — — — de sponsalibus.
- III. — — — de testamento ex iure publico, fideiuali  
et canonico.
- IV. — — — de testamento inofficiose.
- V. — — — de Testamentis Principum Imp.
- VI. — — — de Successionibus ab intestato quoad  
ascendentes et collaterales.
- VII. — — — de confilio.
- VIII. — — — de comodato.
- IX. — — — de cambio.
- X. — — — de actionibus.
- XI. — — — de artibus.
- XII. — — — de aedificiis.
- XIII. — — — de fiduciis.
- XIV. — — — de servis imperii.
- XV. — — — de donationibus mortis causa.
- XVI. — — — de liberis illegitimis.
- XVII. — — — de legitima.
- XVIII. — — — de lege Rhodia de jactu.
- XIX. — — — de iurice et epus officio.
- XX. — — — iure verant.
- XXI. — — — de rebus pro derelictio habitiis.
- XXII. — — — de patria potestate.
- XXIII. — — — de pretio in embione venditione.
- XXIV. — — — de usu auctoribus.
- XXV. — — — de vi publica vel privata.
- XXVI. — — — de Testamento.

Wd. 79.

LXIX.


Q. D. B. V.  
THESES JVRIDICÆ  
POSTERIORES,  
*D E*  
**LITIS CON-**  
**TESTATIONE,**  
*Quas*  
decernente ita  
**JCTORVM COLLEGIO**  
IN UNIVERSITATE Isthac  
*Pro rite consequendis Doctorum*  
*in Utroque Jure Privilegiis & Honoribus*  
PRÆSIDE  
*VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo*  
*atque Excellentissimo*  
**DN. JOHANNE HENRICO**  
**FELTZIO,**  
J. U. D. Pandect. & Juris Canonici P. P. Ord.  
& Capituli Thomani Canonico,  
*Disquisitioni Eruditorum SOLENNIORI*  
*ventilandas proponit*  
**ADAMUS GEORGIUS GOETZMAN,**  
Lantzerensis, AUCTOR.  
*Ad Diem XXX. Aprilis Anno M DCC V.*  

---

**ARGENTORATI,**  
**LITERIS JOSIAE STÆDELII, Acad. Typogr.**

THESEZ TAVRIDICAE  
POSTERIORIS  
LITERIS CON-  
TESTATIONE  
NOTORIUM COLLEGI  
IN UNIVERSITATETEN  
PRO REALE COLLEGIO ABOGATU  
IN UNIVERSITATETEN  
NEDERLANDICAE, GOLDSCHMIDT  
ETC.  
DN. IOHANN. HERICO  
FELTEN  
UTRISQ. LUDOVIC. GEORGII. R. O.  
ACQUIL. LUDV. C. M. C.  
DISCUSSIONE DILECTISSIMA  
INTER ALIAS  
VADAMUS. GEORGII. EONTSMAN  
PENSATIONE. ANTOGR.  
OMNIS DISS. ET. THER. P. M. DE  
LITTERIS. IO. S. STADELLI. V. J. J.  
UNIVERSITATIS  
LIBRARIA





## Præloquium.



Roposui nuper theses  
de Litis Contestatio-  
ne solenniter discuti-  
endas; verum cum argumentum  
hoc latius sit, quam ut potissima  
tum ex eo delibari potuerint, in  
praxi interim ita cognitu neces-  
sarium, ut Assessorem Cameræ  
Imperialis ob id, quod hanc ma-  
teriam ignoraret, remotum esse  
*Rutgerus Rulandus* recenseat,

A 2 ex-

THESS. II

existimavi noniri improbatum,  
si ulteriores positiones hac de re  
nunc inauguraliter disputandas  
exhibeam. Sit itaque hac equi-  
dem vice ex posteriori assertio-  
num classe quæ effecta L. C.  
docebit

## THESIS I.

**E**FFECTUS L. C. non incommo-  
de alius dicitur esse ex parte  
judicis, alius ex parte actoris,  
alius ex parte Rei, alius deni-  
que communis, *Corvin. in Aphorism. Jur.*  
*Can. lib. 3. tit. 12.* Nisi quod illud addi-  
posse videatur, L. C. etiam producere ef-  
fectus respectu procuratoris, qui perso-  
nam tantum accessoriam & minus prin-  
cipalem in judicio constituit, uti ex infra-  
dicendis apparebit.

## THES. II.

## THESIS II.

Ad effectus communes in primis pertinet, quod à Litis contestatione judicium incipiat cap. 27. X. de Offic. & Pot. Jud. deleg. l. 25. ff. de R. V. sive ut *Baldus* exponit, incipiat habere formam contradictoriam, ut adeò quæ procedunt lite non contestata, proprie non dicantur acta judicii sed præparatoria ejus. Constituitur enim demum judicium inter partes & hæ litigantes proprie esse auspicantur per L. C. ita ut tunc bellum civile der Krieg Rechtaens dicatur revera suscipi, l. un. C. de L. C. l. 13. rem rat. hab. cap. 27. X. de Offic. & Potest. Jud. deleg.

## THESIS III.

Neque obstat, quod & à citatione dicitur incipere judicium, arg. §. 3. J. de pæn. temere litig. Præterquam enim quod distingui possit inter judicium institendum & institutum; citatio auspicium judicii dicitur non tam quoad partes, quam

A 3

quo-

quoad fundandam jurisdictionem judicis,  
dum inducit præventionem & litis pen-  
dentiam, *Clement. fin.* Ut lit. non contest.  
*Conf. Stryckius in Usu Mod. ff. tit. de Ju-  
diciis §. 4.*

#### THESES IV.

Ampliatur autem thesis secunda, quod  
non tantum procedat in causa principali,  
hoc est, in prima instantia, verum etiam  
in causa appellationis, *l. fin. §. 4. C. de tem-  
por. & repar. appell.* Effectus enim L. C.  
durat post sententiam in causa appellatio-  
nis, neque per eam extinguitur aut sus-  
penditur, *Dec. in cap. 58. X. de Appell.*  
*Conf. Mynsing. Obs. lib. 1. obs. 1.*

#### THESES V.

Ex eo autem, quod L. C. sit exordium  
judicii, fluit, quod ante eam quidem li-  
bellum tam in ciyilibus quam in crima-  
libus mutare liceat, die Klag mag für be-  
scheineter Kriegs-Befestigung verwandelt/ ge-  
mehrt

mehrt und gemindert werden/ Bart. & DD.  
citat. Gail. I. obs. 74. n. 4.

### THESIS VI.

An idem liceat post L. C. controver-  
tunt; affirmat *Pacius in Anal. Cod. ex §.*  
*37. J. de Act.* ubi dicitur mutationem fie-  
ri in eodem judicio, ergo, ait, post L. C.  
quia antea judicium esse non dicitur per  
deducta in *thes. II. add. l. 4. §. ult. de noxal.*  
*act.* Alii distinguunt inter emendatio-  
nem & mutationem statuentes illam ad  
sententiam usque hanc ad L. C. valere.  
*Vallens. ad tit. X. de libell. oblat. n. II. § 12.*  
Et huic sententiæ nos adstipulamur.

### THESIS VII.

Fluit porro ex dictis, quod ante L. C.  
procurator, quasi re adhuc integra, etiam  
sine causa revocari possit, §. 9. II. mand. l.  
22. §. fin. ff. eod. l. 16. de procurat. secus est  
post Litis Contestationem cap. 2. de pro-  
curat. in 6. Tum enim nec dissensu mu-  
tuò finitur nisi causa cognita potestas pro-

cu-

curatoris, si adversarius contradicat, cui ex litis contestatione jus quæsitum, dum cum hoc procuratore quasi contraxit; ergo ipsi invito alius non obtrudendus,  
*Mynsing. Cent. V. Obs. 44. n. 5.*

### THESIS VIII.

Refertur huc etiam, quod procurator per L. C. fiat dominus litis, intellige quo ad libertatem dirigendi processum, *arg. l. 22. C. de procur.* Non enim rei petitæ dominus fit, sed litis, unde totus processus in eum dirigitur, *l. i. C. de sentent. & interloc.* Hodie tamen in pluribus judiciis in principalem concipi ferrique solet sententia.

### THESES IX.

Ex hoc dominio litis est, quod procurator lite contestata, citra mandatum hæredis eandem peragat, *l. 15. pr. ff. l. 23. C. b. t. Mynsing. Centur. 2. Obs. 74. add. arg. c. 13. X. de procur.* Quod & hodie obtinet R. J. de A. 1654. §. damit auch zum vierd. ten

ten ic. ii. sublata reassumptione processus  
qua opus non est ratione hæredum, quia  
mandata simul concipi solent nomine  
hæredum.

### THEISIS X.

In popularibus actionibus, sive iis quæ  
unicuivis de populo competit actor an-  
te litis contestationem procuratorem da-  
re non potest, quia hæ actiones antea in  
bonis esse non dicuntur, l. 12. ff. de V. S.  
cum omnibus æquale jus agendi compe-  
tat. Additur exceptio, nisi causa princi-  
paliter ad aliquem spectet, ut si quis ex  
dejecto vel effuso damnum ipse reperit.  
Post L. C. potest omnino procurator con-  
stitui, quia tunc actor jus jam speciale con-  
secutus est.

### THEISIS XI.

Ex eo, porro quod L. C. diximus ini-  
tium judicii jura alia plura deducuntur;  
quò spectat, quod juramentum calumniæ  
regulariter post L. C. quoad causam prin-  
cipia-

B

cipa-

cipalem præstandum sit, quia non intelligitur calumniari, nisi qui actu mala fide litigat, qualis non est, qui judicium nondum suscepit Bartol. in l. 2. C. de Juram. calumn. n. 3. & 17. Socinus in c. fin. X. cod. n. 26. & 49. Habet tamen & hæc regula suas exceptiones, quas ibidem videre est.

## THESES XII.

Pertinet huc & illud, quod exceptiones peremptoriæ, si altiorem indaginem & discussionem requirant, post L. C. demum proponendæ sint, quia respiciunt merita causæ, quæ ante L. C. unde status controversiæ dependet, disputari non possint. cap. 1. de L. C. in 6. Sed & hoc in multis casibus fallit, quos commentatores ad d. cap. exhibent.

## THESES XIII.

In primis autem, & generaliter huc referimus, quod L. C. fundamentum præbeat,

85 (2) 3

beat, cui reliqua processus formalia, quæ dicimus, innitantur; itaque si à Partibus fuerit omisla, nec testes recipi, nec ad sententiam definitivam deveniri potest, ad eoque totus judicij processus corruit, & si de facto Judex pronunciat, committit nullitatem tot. tit. ut liceat non contest. c. 54.  
§. licet X. de elect. De ea enim re Judex demum pronunciare debet, de qua cognovit, l. 74. ff. de Jud. Verum & hic plures exceptiones locum sortiuntur, quas habet post alios Socin. in c. quoniam frequenter X. ut L. non contest.

#### THEISIS XIV.

Præscindit Lis Contestata exceptiones dilatorias arg. l. 13. C. de Procurat. & fori delinatorias, aut quibus Judex recusat, l. nemo C. de Juris. omn. Jud. l. 52. ff. de Jud. quæ cupctæ ante L. C. opponi possunt l. fin. C. de exc. Bald. ibid. in princ. postea non item. Inducit enim L. C. novam aliquam obligationem l. 3. §. II. ff. de

pecul. qua partes se obligasse censentur,  
ut coram hoc Judice rem decidi patian-  
tur, unde & necessaria vocatur l. 29. ff. de  
*Novat.*

### THEISIS XV.

Fluit hæc ipsa obligatio ex quasi con-  
tractu, qui in L. C. intervenire censetur,  
dum partes negotium suum proponunt,  
nec aliquid contra judicem aut fori com-  
petentiam excipiunt; hoc enim ipso in-  
telliguntur invicem promittere, se id quod  
judicatum aut pronunciatum erit, execu-  
turas. d. l. 3. §. 11. ff. de pecul. add. l. fin. pr.  
vers. si enim C. de usur. rei Jud.

### THEISIS XVI.

Dico: ex quasi contractu; nec obstat,  
si partes litigantes expresse promiserint id  
ipsum, quasi tunc ex vero contractu ob-  
ligarentur; hoc enim actionis funda-  
mentum generale non mutat, sicuti ea-  
dem analogia Juris comprehenditur, in con-  
dictio-

dictione causa data, causa non secuta, & in condictione indebiti, quæ utraque non ideo minus in quasi contractu fundari dicitur, quod partes expresse repetitionem stipulari contingat, arg. l. 3. de leg. i. l. 3. C. de fidejuss. l. 57. princ. in fin. mand.

### THEISIS XVII.

Descendit hinc auctoritas Rei judicatae, quæ Jure Rom. sententia etiam dicitur, à qua appellatur l. 14. C. de appell. sed proprie illa, quæ non publicata tantum est, sed lapsu temporis L. definiti omissa appellatione confirmata, quod J. Rom. veteri erat biduum aut triduum, jure Justinianæ autem decendum per l. 2. C. de sent. ex peric: recit. l. 1. C. de re Jud. Auth. bodie C. de appell. c. 15. X. de sentent. & re Jud.

### THEISIS XVIII.

Hæc obligatio judicati porro produxit respectu obtinentis apud Romanos tum

immisionem in B. P. de qua integrum in ss.  
tituli, tum pignorum captionem l. 21. in  
fin. de re Jud. add. l. 1. l. fin. C. si in eaus.  
Jud. cum actionem judicati, adversus eum,  
qui suo nomine condemnatus est in judi-  
cio ad hoc ut illud, in quod condemnatus  
est solvat. Quia à Decemviris eum in finem  
inventa est, ut debitor elapsis 30. diebus  
vel jure Justinianæ 4. mensibus l. 2. C.  
de usur. rei Jud. in jus duceretur, & nisi  
ibi judicatum faceret, vincetus addicere-  
tur creditori. L. XII. Tabb. tit. 3. c. 4.  
Gell. lib. 20. N. A. cap. 1. Hodie in locum  
actionis hujus successit fere imploratio of-  
ficii judicis pro executione facienda sive  
processus executionis, id est medium im-  
petrandi executionem temporibus ac Le-  
gibus certis descriptum.

*(John anno incertus q. m. causa cause  
est. 1500)*

### THEISIS XIX.

Judicem in specie respicit, quod L. C.  
proroget ejus jurisdictionem arg. k. 4. C.  
de jurisd. l. 2. princ. Et 33. ff. de Jud. l. 15.  
ff. de

*ff. de jurisd. quod jurisdictionem ipsi demandatam perpetuet, c. 19. X. de offic. deleg. quod in præjudicium unius litigantis Lite contestata judex nihil innovare queat, 11. C. ut lite pendente nihil innovetur.*

### THESIS XX.

*Litigantes concernit, quod post L. C. calumniatores adstringantur ad poenam quadrupli l. 1. §. 2. ff. de column. quod L. C. inter litis confortes inducat mandatum præsumptum l. fin. C. de consort. ejusd. lit. quod faciat ut tutor loco actoris ante item constituat procuratorem l. 11. C. de procurat.*

### THESIS XXI.

*Transfert periculum in actione quod metus causa in possessorem bonæ fidei, arg. l. 14. §. vi. quod met. causa. mutat namque bonam fidem, l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. ff. l. 1. §. 1. C. de hered. petit.*

### THES. XXII.

## THEISIS XXII.

Continuat actionem directam contra eum qui dolo possidere desiit, l. 68. ff. de rei vindic. Condemnat ad omnes fructus post litem lapsos restituendos, l. 22. C. de rei vindic. §. 2. Instit. de offic. Jud. Impedit eos quibus res singularis communis est disponere pro sua parte separatim l. 1. 2. ff. com. divid. l. 68. ff. pro soc. devolvit juramentum in litem contra hæredes, l. penult. C. de in lit. Jur. arg. l. un. C. ex delict. defunct. l. fin. in fin. de fideiuss. Et nominat. tut.

## THEISIS XXIII.

Excludit restitutionem ex capite minorenitatis contra SCrum Maced. si tum temporis restitutionem petens inventus fuerit locupletior l. 34. pr. ff. de min.

## THEISIS XXIV.

Impedit moræ purgationem in pacto legis Commissoriæ, arg. l. 23. ff. de V. O.  
ad-

addatur hic Lauterb. Comp. pag. 322. Com-  
pos tamen non est, ut cessionarium præ-  
ferat cedenti, arg. l. 55. de procur.

### THESIS XXV.

Impedit ne actio cessa extinguitur,  
arg. l. 32. princ. ff. ad leg. falc. l. 13. princ.  
§ 28. ff. de iniur. Nec tamen producit  
usuras in judiciis stricti juris, l. 37. §. 7. Et  
l. 3. C. de usur. bené tamen fructus, l. 38.  
§. 7. ff. de usur. Et fruct. Ex mora, l. 34.  
Et 38. d. tit. devolvit culpæ levis præsta-  
tionem in hæredes tutoris, l. 1. C. de hæ-  
red. tut.

### THESIS XXVI.

Verbo: Continuat actiones. Veluti  
actionem pluviae arcendæ alienatione fa-  
cta, l. 4. §. 1. ff. de aqua Et aqua pluvia.  
arc. act. item conditionem revocatoriam  
contra donatarii hæredem, arg. l. 13. 28.  
de iniur. l. 26. 58. ff. de O. Et A. 139. ff. de  
R. J.

XXX HT

C TH. XXVII.

## THESIS XXVII.

Facit ut Confessio vim habeat probationis, arg. l. 47. de Jud. Confirmat possessorem in retinenda possessione §. 4. *Instit. de Interdict.* Inducit exceptionem litis pendentiae, l. 15. ff. rem ratam hab. l. 7. ff. de Jud. fundat exceptionem rei judicatae, de quo in tit. ff. de except. rei Jud. facitque rem litigiosam, cap. 30. X. de V. §. l. 5. ff. de hæred. pet.

## THESIS XXVIII.

Impedit ne solutio fiat adjecto, l. 3. §. 1. ff. de pecul. l. 57. §. 1. ff. de solut. Vel correo, l. 16. ff. de duob. reis. arg. l. 57.. de solut. Nec tamen beneficium divisionis, l. 10. §. 1. de fideiuss. Devolvit poenam pecuniariam contra hæredes, l. 3. §. 11. de pecul. l. 10. ff. de accus. l. 22. ff. de SCto Silan.

JVXX . HT

TH. XXIX.

## THESIS XXIX.

Reducit causam principalem in appellacione ad statum quo fuit suo tempore.  
arg. l. 13. *C. de procur.* præcludit contumacem ab appellatione, l. 23. §. fin. ff. de appell. l. 1. *C. quorum appell. non recip.* In jungit causis fiscalibus finem semestrem, l. 13. *C. de Jud.* l. fin. *C. de Jure fisci.*

## THESIS XXX.

Redigit reum in numerum reorum, l. 13. *C. ad L. Jul. de adult.* l. 3. *C. de accusat.* l. 33. §. 2. ff. de procur. l. 10. ff. de publ. *Jud.* Quod si reus lite contestata de delicto non capitali transfigat, fit infamis, argum. l. 4. §. fin. ff. de his qui not. infam. Atque hæc de utilissimo argumento in chartam conjicere per temporis angustiam licuit, quæ licet non accurate elaborata aut  
arti-

artificiose disposita satis tamen  
controversiarum suppeditabunt,  
qui in conscribendo unicus  
noster erat

**F I N I S.**



30

- LXXXI. de Fideicomissis familiae.  
LXXXII. Speces aliquot facti debita conuocantur  
LXXXIII. de collatione bonorum.  
LXXXIV. de Institutionibus.  
LXXXV. de Suffragio Statuum regia in comitatu.  
LXXXVI.
- / /




Ka 3202.


Vp  
18

ULB Halle  
007 678 533

3







LXIX.

Q. D. B. V.  
THESES JVRIDICÆ  
POSTERIORES,  
<sup>D E</sup>  
**LITIS CON-**  
**TESTATIONE,**  
<sup>Quas</sup>  
decernente ita  
**JCTORVM COLLEGIO**  
IN UNIVERSITATE Isthac  
*Pro rite consequendis Doctorum*  
*in Utroque Jure Privilegiis & Honoribus*  
P R A E S I D E  
*VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo*  
*atque Excellentissimo*  
**DN. JOHANNE HENRICO**  
**FELTZIO,**  
J. U. D. Pandect. & Juris Canonici P. P. Ord.  
& Capituli Thomani Canonico,  
*Disquisitioni Eruditorum SOLENNIORI*  
*ventilandas proponit*  
**ADAMUS GEORGIUS GOETZMAN,**  
Lantzerensis, AUCTOR.  
*Ad Diem XXX. Aprilis Anno M DCC V.*  

---

*ARGENTORATI,*  
*LITERIS JOSIAE STÆDELII, Acad. Typogr. 20*